



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 24. Taciti Nicolai Zegeri mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Psal-  
Evan-  
Scri-  
endos  
erudi-  
æ hoc  
septua-  
odori-  
arum  
  
doco Ravesteinio, & Joanne Leonardo Hassellio ablegabant: inde cum Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo reverteretur, Bruxellis die secunda Martii Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, ætatis suæ septuagesimo primo obiit, corpusque ejus Lovanium delatum, conditumque fuit in Universitatis Ecclesia. Legabat is suam Bibliothecam Lovaniensi Collegio, cui præerat, sua vero bona pauperibus. Præterea ad Caroli V. preces ejusdem Universitatis articulos contra Lutherum cum ingenti eruditione explicabat, vulgarbatque tractatum de providentia Dei præter alium de prædestinatione unacum decem orationibus Theologicis, quæ tamen nullatenus elimatae panegyres, sed potius solidæ, ac optime elaboratæ prælectiones Theologicæ appellari merentur. Exstant omnia ejus opera Antwerpiensibus literis Anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo secundo excusa.

#### §. XXIV.

#### *Taciti Nicolai Zegeri mors.*

Quartus erat Tacitus Nicolaus Zege- *Durin. l. c.*  
rus Ordinis Fratrum Minorum Bru- *p. 29.*  
xellis in Brabantia natus, qui sacris li-  
teris

Sæcul. XVI. teris singulari studio vacans hanc in rem  
A.C. 1559. tria operum criticorum genera in novum

Testamentum elucubrabat, quorum pri-  
mum appellabat *Corrections*, seu *Caſti-  
gationes*, in quibus recognito vulgate  
textu quædam menda, quæ in plures  
editiones irrepſere, corrigens veram  
textuum lectionem assignabat: alterum  
vero opus complectitur annotationes,  
seu scholia in difficultiora novi Testamen-  
ti loca, ac tandem tertium ejusdem no-  
vi Testamenti *concordantiam* exhibit.  
Exstat secundum hoc opus typis impref-  
ſum in Angliae Criticis, reliqua autem  
duo Coloniæ, & Antwerpiæ edita fue-  
re. Ceterum quamvis Zegerus se artis  
criticæ optime gnarum ostendat, ni-  
hilominus quandoque supposititia quæ-  
dam opera allegat. Præterea latine redi-  
dit *vitæ humanae ſpeculum* a Thoma He-  
rentalsio compositum, necnon *viam vi-  
tæ Florentii Harlemii*: quarum versionum  
prima Coloniæ Anno Domini millesimo  
quingentesimo quinquagesimo quinto,  
altera autem Anno post Christum natum  
millesimo quingentesimo sexagesimo  
quarto Antwerpiæ edita fuit. Obiit Zege-  
rus Lovanii die vigefima sexta Auguſti  
hoc anno millesimo quingentesimo quin-  
quagesimo nono.

§. XXV.